

PROGRAMMA
qvo
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
DE IVRE DE NON EVOCANDO

1768, 5²⁰
f

PRÆNOBILISSIMO^A ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO
IOHANNE RVDOLPHO
BECKER,

ADVOCATO LVBECENSI, ET PROCVRATORE REVER.
CAPITVLI LVBEC. IVDICIARIO,

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS CAPESSENDIS

D. IV. NOV. A. O. R. MDCCLXVIII.

IN AVDITORIO MAIORI

PVBlicæ ERVDITORVM EXAMINI SVBICIENDAM ET CONTRA
OBJECTIONES SIBI MOVENDAS VENTILANDAM INDICAT,

ET AD EAM INVITAT:

PRAEMISSO DISCVRSO PROLVRSORIO

qvo
MEDITATIONES QVÆSDAM PRAELIMINARES
DE PRIVILEGIIS DE NON EVOCANDO CIVITATVM MVNI-
CIPALIVM EORVMQVE INDOLE INTVTV FORI
DELICTI:

EXPONIT

HERMANNVS BECKER,

LL. DOCT. ET PROFESSOR PVBL. ORDINAR., FACVLTATIS IVRIDICÆ
p. t. DECANVS.

GRYPHISWALDIÆ
LITERIS A. F. RÜSE
REG. ACAD. TYPOGR.



Maxima cum animi voluptate recepi, legi, ac perlegi doctissimum & solide exasciatum praelens de priuilegio de non euocando, quod occasionem mihi porrigit meas quales quales meditationes praemissas in chartam coniiciendi, nostro ordini oblatum specimen inaugurale, idque non sine ratione plane immutatum, sicuti a Doctissimo atque Praenobilissimo Domino Doctorando facultati exhibitum, reliqui, licet me in nonnullis incidentibus quaestionibus amice dissentientem ab amico esse, negare nec possim, nec velim. Reuera enim talis in incidentibus quoque solummodo immixta mutatio valorem totius operis minueret, in quo felici Marte se a nonnullis, aliis ex schola ICtorum communi fluentibus interpretationibus ac sententiis recedentem sinit doctissimus auctor, ne cantata solum recantare, & fatis iam cocta recoquere videatur.

Tota haec doctrina, de iure de non euocando, testantibus publicis scriptis ICtorum, partim confusione



terminorum & rerum, partim neglecta vera & adaequata ratione, & praetermissa vera occasione horum privilegiorum, partim repositis ipsis formulis, & hinc deducta exinde non satis fundata, immo saepenumero ipsi privilegiorum tenori contradicente interpretatione, satis implicata, controuersa, & nondum satis elaborata, se sistit in quaestionibus iuris publici exinde ortis. Vtique ergo operae pretium fuit, hanc quaestionem ex systematicis, commentationibus interpretum, ipsoque tenore privilegiorum colligere, ad certa principia reducere, & ita systematice pertractatam vna vice sistere, vt integra haec doctrina integre colligi, ac vno conspectu diiudicari possit. Maxima cum laude, debitaque soliditate hunc laborem suscepit, & perfecit Praestantissimus Dominus Auctor, Candidatus meus ac Doctorendus inter eos, quibus summos in iure honores publica auctoritate conferendi mihi contigit honor, quique numerum vigesimum iam excedunt, vario respectu carissimus.

Sed intentio eius, sicuti conspectus totius dissertationis docet, ad privilegia de non euocando illimitata, & illis, qui superioritate territoriali gaudent, concessa restricta manet. Et quamuis ciuitatum quarundam quoque municipalium, quibus hocce privilegium concessum, in fine operis mentionem faciat, tamen in transitu hoc solummodo factum esse, nec veram suam intentionem ad pertractandam hanc materiam directam fuisse, ipsa verba Praestantissimi Domini Auctoris ostendunt.

Digna interim & haec tractatio, de privilegiis de non euocando ciuitatibus municipalibus concessis, vti que est, & videtur, cui labores eruditorum destinentur,

vt & quaestiones exinde saepenumero in obuiis singularibus casibus originem ducentes ex doctrina hac systematice elaborata, & ad certa principia redacta, cognosci, diiudicari ac decidi possent. Non nego, me olim iam hisce meditationibus occupatum fuisse, & quidem occasione casus cuiusdam ordini Ictorum Butzouienfi, cuius tunc membrum eram, oblata ratione quaestionis de delicto ciuis cuiusdam municipalis extra moenia ciuitatis hoc priuilegio stipatae commisso. Sed labores concatenati, quibus haecenus obrutus fui, in elaborandis hisce meditationibus mihi haecenus impedimento fuerunt, & adhuc, dum haec scribo sunt. Interim tamen suppeditata hac occasione iterum illae in mentem veniunt, & praeliminares quasdam hac de materia, nondum tamen satis permeditatas cogitationes in chartam coniecere, in quantum coarctatum mihi temporis spatium permittit, periculum faciam, vltiorem earum elaborationem ad illud tempus referuans.

Primam, immo fere vnicam vtplurimum priuilegii de non euocando rationem in genere ponunt, qui haecenus hanc materiam tractarunt, inprimis quando ad quaestionem perueniunt, an etiam in delictis hocce priuilegium applicationem habere possit, & hinc forum delicti tollatur, ad abusus & transgressiones iudiciorum Fehmicorum seu Westphalicorum, eorumque illicita attentata contra aliorum iurisdictiones. Conf. qui hac de materia scripserunt: ALBRECHT *de priuilegio de non appell.* KEMMERICH *de iure de non euoc. elector. princip. & stat. imp. aliorumque immediat.* HERTIUS *in Resp. 14. n. 9.* IOH. SAM. BÖHMER, *Ict. Francof. in obseruat. ad Carpz. qu. 110. obs. 13.* CAR. LVD. BÖHMER *Ict. Götting. in diff. de delicti. extra territorium commiss.*



§. II. & MEISTER in f. vollst. Einleit. zur peins. Rechtsgel. Absch. 1. Hauptst. 13. §. II. Immo exinde concludere contendunt, quod hisce iudiciis sublatis, hincque causa horum privilegiorum cessante, ius in eiusmodi privilegiis comprehensum non maiorem praerogativam tribuat privilegio stipatis, quam quae eo respectu omnibus omnino statibus imperii ex *Ordin. Camer. P. 2. Tit. 1.* competit, ut quo iure cum hac fundata iudicis deprehendens iurisdictio subsistit, eodem illud huic, quo minus iure suo utatur, obesse nequeat.

Sed, si pace virorum tanti nominis, quos eruditione & scientia clarissimos, ac de republica litteraria & civili maxime meritos, idque iure veneror, dicere liceat, quod res sit, duplici ratione a veritatis tramite aberrare mihi videntur. Nam posito quoque, sed non concessio, quod in hisce abusibus iudiciorum Westphaliorum unica occasio eiusmodi privilegii de non euocando quaerenda sit, cuius tamen contrarium iam Praestantissimus Dominus Doctorandus in suo specimine docuit, ad cuius argumenta solide collecta brevitatis studio prouoco, minime gentium tamen exinde sequitur, privilegia de non euocando plane hodie sublata esse. Cessaret tunc occasio legis & privilegii, non ratio. Immo si & rationem privilegii vocare velis, cessaret ea in tantum, non in totum. Et si ratio horum privilegiorum plane cessaret, si hisce privilegiis non maior hodie vis & praerogativa tribuenda, quam quae eo respectu omnibus omnino statibus imperii ex *Ord. Camer. P. 2. Tit. 1.* iam per se, in regula, & absque privilegio de non euocando competit, undenam tunc, quaero, veniunt verba in *Capit. Caesar. Tit. 13. §. 4.* quae praeter privilegia de non appellando, praeter ius electionis fori, austre-

aufregarum tam legalium quam conuentionalium vel familiarum, primae instantiae, cum omnigena cassatione omnium contrauentionum, contrariorum rescriptorum, inhibitoriorum, & mandatorum, in specie & expressis verbis quoque priuilegia de non euocando tam in ciuilibus, quam criminalibus, & feudalibus, confirmant, ita vt in integra connexione §. 3 & 4. Sacra Caesarea Maiestas promittat: Sie wollen auch Kurfürsten, Fürsten, Prölaten, Grafen, Herren, und andre Stände des Reichs (die unmittelbare Reichs-Ritterschaft mit begriffen,) und Dero allerseits Unterthanen im Reiche, mit rechtlicher oder gütlicher Tagesleistung, von ihren ordentlichen Rechten nicht dringen, erfordern, oder vorbescheiden. Sondern einen jeden bey seiner Immedietät, priuilegiis de non appellando & euocando, sowohl in Civil- und Criminal- als Lehns-Sachen, electionis fori, item iure aufregarum tam legalium, quam conuentionalium vel familiarum, bey der ersten Instance, und deren ordentlichen unmittelbahren Richtern, mit Aufhebung und Vernichtung aller derer bis dahin etwa dagegen, unter was Schein und Vorwande das seyn möge, bescheneuer Contrauentionen, ergangenen Rescripten, Inhibitorien und Befehlen, bleiben lassen. Aut superuacanea sunt haec verba in ipsis nouissimis imperii constitutionibus repetita, quod tamen in legibus praesumere nefas, aut praeter ius primae instantiae, & priuilegia de non appellando, hinc praeter praerogatiuam omnibus omnino statibus ex *Ordin. Camer. P. 2. Tit. r. communem*, & priuilegia de non euocando vtique adhuc hodie effectum producent, & obligant ac valorem habent, non obstantibus etiam contrauentionibus forsitan obuiis. Quid quod accedunt argumenta ex publi-

cis



eis documentis, quae intuitu horum privilegiorum civitatibus municipalibus competentium exstant. Sic enim quidem in anno 1641 in deliberationibus de tollendis grauaminibus ciuitatis Sundensis Summae Regiae Maiestati Suecorum humillime expositis, per clementissimam declarationem sub d. *Holm. d. 12 Octob. n. 7.* dubitabatur de hoc privilegio ciuitatis Sundensis, eiusque valore & auctoritate, & referuabatur vltior clementissima resolutio in hoc puncto, verbis: **Dasß der Stadt Bürgere an kein Gerichte, militairische, oder andere, so im Lande angerichtet, aus einigem Vorwande zu laden, sondern beym Genuß des privilegii de non euocando zu lassen: Darauf erklären Sich Ihre Königl. Majestät gnädigst, daß Sie wegen dieses Privilegii, und wie weit dasselbe sich erstreckt, keine gründliche Nachricht haben; wollen aber durch Dero Bediente Information desfalls einziehen lassen, und versichern immittels E. E. Rath und gemeine Bürgerschaft, daß sie bey ihren wohlhergebrachten Privilegien, sowohl hierinnen, als auch sonst, überall geschützet, und dawider nicht beschwehret werden sollen.** Sed tamen in ipsa hac clementissima resolutione non de privilegio ipso, eiusque valore, & vi adhuc hodie obligandi dubitabatur, sed de eius extensione, & vero tenore saltim quaestio manebat. Et praeterea in ipsa celsissima confirmatione privilegiorum Sundensium d. d. *Holm. d. 31 Ianuar. 1663.* integrum transfutum Ducis Bogislai XIV. d. d. Sund. d. 4 Maii 1626. ipsissimis verbis insertum corroborabatur, in quo tamen transfumto §. **Von wegen des Articuls:** totius integralis privilegii de non euocando mentio fit, hincque ipsum privilegium denuo confirmatur. Conf. *Samml. gemein. und besonders Pommersch- und Rügian, Land. Urkunden, 2ter Band,*

Band, n. 34. p. 158. n. 7. & n. 35. p. 162. Immo & in iplo anno adhuc currente nouum extat exemplum, quo priuilegium de non euocando Gryphicae nostrae ciuitati concessum publica auctoritate summorum huius prouinciae Tribunalium agnoscutur, corroboratur, & confirmatur, de cuius beneuola communicatione amico cuidam honoratissimo publicas grates persoluo. Euocabantur enim in anno praeterlapso ciues quidam huius ciuitatis ad ferendum testimonium ad Iudicium Militare Generale. Denegabat ciuitas eos sistere prouocando ad priuilegium de non euocando sibi, suisque ciuibus concessum. Propter concurrentes quasdam in illo casu singulari circumstantias caussa ad Summum Regium Regimen deuoluta, Decretum Summi huius Regiminis ciuitati pro hac vice, *saluo tamen ceteroquin ubique, & illaeso suo priuilegio,* ex ipsis hisce concurrentibus circumstantiis singularibus ciuitati iniungebat officium sistendi ciues suos extra moenia ciuitatis, addita tamen elementissima clausula: *wie die Hohe Königl. Regierung Sich Selbstn dahin außs kräftigste verwenden werde, daß bey hienächstigen Vorkommenheiten ähnlicher Art die Befugniß der Commune in Ansehung dieses Punkts überall aufrecht erhalten bleibe.* Ne tamen forsitan in posterum ex hoc exemplo praeiudicium intuitu priuilegii immineret, ciuitas prouocabat ad Supremum Regium Tribunal, & publicatur d. 13 Febr. a. c. sententia: *daß, da es der Königl. Regierung an zureichenden Gründen nicht ermangelt, denen Querulanten die Gestellung der ihrer Jurisdiction untergebenen Zeugen qu. für das Königl. General Kriegs-Gericht für diesesmahl, jedoch ihrem sonstigem priuilegio de non euocando unbeschadet, und citra praeiudicium consequentiae zu in-*

b

in-

iungiren, es vorkommenden Umständen nach: :
 um so mehr zu lassen, als nicht nur *Querulantes*
 durch die hinzugefügte Versicherung wieder allen
 künftigen Nachtheil genugsam gedecket, sondern
 auch dieselbe alle Ursache haben, sich versichert zu
 halten, daß *Regium Regimen* der geschehenen Ver-
 heißung gemäß, Sich Selbsten aufs kräftigste da-
 hin verwenden werde, ybi repetuntur verba clau-
 lae assecurationis S. R. R. decreto adiectae, cuius ver-
 ba supra iam adducta.

Omnia haec, & multa alia eiusdem tenoris in foro
 obuia exempla plenam vim obligandi, valorem, atque
 auctoritatem horum priuilegiorum, tam illimitatorum,
 quam limitatorum, etiam nostris adhuc temporibus, fa-
 ctis sufficienterque corroborant.

Sed & in eo a veritatis tramite recedere mihi vi-
 dentur, qui hifce priuilegiis maiorem haut tribuere, ho-
 die volunt praerogatiuam, quam quae omnibus omnino
 statibus imperii & aliis, iam ex *Ord. Camer. l. c.* compe-
 tunt, quando originem horum priuilegiorum vnicam at-
 que solam in abusibus iudiciorum Westphalicorum quae-
 runt. Non nego quidem, inter alias horum priuilegio-
 rum causas, quare concessa sint, etiam hanc deprehen-
 di, sicuti quoque Praestantissimus Dominus Doctoran-
 dus in suo specimine adduxit. Sed nego ac pernego,
 hanc vnicam fuisse causam mouentem. Sicuti hoc de
 priuilegiis de non euocando illimitatis, & illis, quae im-
 perantibus prouinciarum, & dominis territorialibus im-
 mediatis competunt, iam probatum dat praesens speci-
 men inaugurale, ad cuius defensionem publicam inuito;
 ita & in specie intuitu ciuitatum municipalium alia sua-
 dens ratio deprehenditur, quae principibus saliuam mo-
 uit,

uit, ad eiusmodi priuilegia suis subditis municipalibus conferenda, & concedenda.

Notum est, immo quam quod notissimum, imperia, & ciuitates mercatorias, praecipue maritimas, ad minimum in isto imperii tractu, in quo nos, & vicini nostri domicilium colimus, fundatas esse illis temporibus, quibus status internus ac domesticus prouinciarum deuastatus, turbatus, nondum sufficienter determinatus, & ad securitatem publicam tuendam ac conseruandam satis accommodatus. Deficiebant commercia, inprimis cum exteris. Politia prouinciae vere ciuilibus, & regula ac norma salutem & securitatem ciuium obtinendi adhuc desiderabatur. Dissidia, vindictae priuatae, ius in bello magis, quam in legibus positum, obtinebant. Respublica aderat magis adhuc instruenda, quam instructa. De iudiciis prouinciae satis ordinatis, & ad salutem reipublicae intra moenia & extra promouendam institutis, ad tuendam iustitiam necessariis, altum erat silentium. Ipsa comitia prouincialia, quae tunc temporis loco iudiciorum erant, magis de bello & pace occupata deprehenduntur, quam de iustitia inter ciues colenda. Principes pacis ciuilibus restauratores, ad commercia adornanda, & ad novos colonos adscribendos intenti, extraneos inuitare studebant gentium ciues ad demigrationem in prouincias suas bello & armis deuastatas. Accedebant ex variis gentibus integrae familiae locupletes & opulentae, cohortes mercatorum, qui opibus praediti, & amplissima pecuniae domini se, suaeque bona confusis adhuc, & nondum adornatis iudiciis prouincialibus committere, illorumque decisionibus subiicere dubitabant. Cautelae itaque causa statim sub ingressu in prouinciam sibi prospiciebant, & in colendis urbibus,



& constituendis ciuitatibus municipalibus, tanquam conditionem sine qua non praesupponebant, & stipulabantur a dominis territorialibus sibi, suisque ciuibus varias praerogatiuas, varia priuilegia, & inter ea separatim magistratum, seiunctum a caeteris iudicium, propriam municipii iurisdictionem, &, ne ciues sui ac municipes ad iudicia prouinciae, & comitiales confessus iudiciarios traherentur, & vocarentur, libertates. Hinc veram & primam originem ducunt priuilegia de non euocando municipibus & municipiis data ac concessa. Hinc perspicimus rationem, quare eiusmodi priuilegia vix aliis, quam emporiis celebrioribus, praecipue maritimis, & commerciis cum exteris dicatis, concessa sint; quare non nisi antiquissimis temporibus concessa inueniantur, licet semel acquisita postea quoque corroborata sint; quare municipiis nouiori tempore fundatis, quo iudicia iam legitime constituta aderant, aut magis agriculturae & opificiis, quam commerciis dicatis, non collata deprehendantur.

Inuenimus in nostra Pomerania (nam de exteris, & quae vicinis ciuitatibus Rostochiensi, Wismariensi, Anclamensi, ac Demminensi concessa sunt priuilegia huius tenoris pro temporis ratione iam mihi sermo non erit) duas, quantum ad minimum mihi constat, ciuitates, hoc priuilegio de non euocandis ciuibus ornatas, Sundensem, & nostram Gryphiam.

Primum, & antiquissimum documentum, quo huius priuilegii Sundensium mentio fit, est, quantum mihi constat des Fürsten Bislaß IV. Vertrag mit der Stadt Stralsund, und Bestätigung ihrer von seinen Vorfahren erhaltenen Priuilegien, d. d. Stralsund Briedags nha aller Mannen Dassen 1314. Conf. Samml. gem.

gem. und besond. Pomm. und Rüg. Land. Urk. P. 2. num. 3.
 pag. 7. Nili forsitan huc referre velis des Fürsten Wiß-
 laff 1. Bewidmung der Stadt Stralsund de ao. 1240.
 quam inuenimus; l. c. pag. 1. vbi quidem omnia iura a
 Barewino Rostochiensibus collata etiam Sundenibus
 tribuntur, non tamen in specie iuris de non euocando
 mentio fit: Verba autem transactionis adductae ex an-
 no 1314 huc spectantia sequentis sunt tenoris: Vorbatt,
 wolde ienich Mann schuldighen Unse Borghere thome
 Stralsunde, de schölen volgen in de Stadt thome Stral-
 sunde vor dem Bysaget, und vor dem Rathmann tho
 Rechte, as et Rades Recht is. Et ne were, dat he bu-
 ten, an enen andern Richter beuele, oder dat men ehne
 thosprecke um Lehn guth, dar he Mann van were. Cor-
 roboratur haec dispositio in Recellu Rostochienti, siue
 dem Vertrage Herzogs Bogislaff X. mit der Stadt
 Stralsund, tho Rostock uba Christi unsers Herrn Ge-
 bort 1314 am Sontage Reminiscere. Conf. l. c. n. 16. p.
 23. verbis: Thom drüdden effte jemandes, binnen un-
 der Sine Leve efftebuten unsers Schwagers und Ohme
 Landes beseten, dem Rath vom Sunde, dat die Stadt
 belangende, beschuldigen, edder ansprecken wolde, so
 schölen die vom Sunde, wemmer sie von Siner Leven,
 edder dersiluen Erven geeschet, edder citiret werden, vor
 Ere Leve, und Ere Redere kamen, die Klage hören,
 Antwort darup dohn, geneten und entgelden, wat Recht
 is. Wolde averst jemand enzelne Personen binnen eff-
 te buten Rades ansprecken, edder beschuldigen, so schall
 de Kläger kamen binnen den Sund, dar schölen se em
 helpen und ergahn laten, wat Lübsch Recht is, und eff-
 te enem Parte dat Ordre effte Rechtsprake nicht beleven
 worde, de mag dat schalden, und sicc beropen an die van

Lübeck. Repetitur iterum in Herzogs Philipp I. General-Privilegio an die Stadt Stralsund de a. 1541 his verbis: Van wegen des Artikuls, betreffend die Inwahrner genömeder Unser Stadt Stralsund, so die in fremde, geistliche edder weltliche Gerichte gefordert, edder citiret würden, und dat sie van der Herschop up dersülven Kost und Theringe darvan schulden entriet werden ic. is van Hochgedachten unsern seligen Herrn Vatern, und den unsern van Sunde; disse folgende Mathe belevet: dat wenehr sich der Fall, woover gegen unsere Voraer begeist, By Unse Erven und namamende Herschop, so vele uns dunlich und möglick, up ere Anrögent darvor syn willen, dat nemmandt buten der Stadt, in fremde Gerichte citiret, edder gefordert werde, by Vermündung unser Straffe und Ungnade. So vele averst die Annehmung und Gerichtsgewaldt aver den Adel, die als Straten-Beschediger, Störer, effte dem befunden, betrefet, schöben und mögen gedachte die unsern van Stralsunde datsülwige holden nah Lude und Vermögen ere hergebrachte Privilegien, jedoch dat sie damit niemands Unrecht dohn. Conf. l. c. n. 20. p. 30 & 31: Et reiteratam confirmationem huius privilegii sinit Herzogs Philipp Julii Vertrag mit der Stadt Stralsund d. d. Wolgalt d. 10 May 1606. verbis: So wollen und sollen Wir auch zehntens die vom Stralsunde bey ihren gegebenen und von Unsern Vorfahren und Uns confirmirten Privilegiis, de non euocando schützen und handhaben, also und dergestalt, daß Stralsundische Bürgere oder Einwohner ausser der Stadt für kein Gericht gefordert werden sollen. Ibid. l. c. n. 22. p. 37. Immo in intermissica transactione Ducis Philippi Julii cum ciuitate Sundenfi d. d. Stralsund d. 24 Febr. 1612. inter alia & disponitur:

tür: 5) Nach diesem, weilen von der gemeinen Bürgerschaft mehrentheils fleißig gesucht worden, daß ihnen frey stehen möchte, von denen Urtheilen, so ein Rath allhier in erster Instanz ausspricht, entweder an Uns, oder nach Lübeck zu appelliren, und sich zu berufen, wie es den Appellanten am besten gelegen und gefällig seyn möchte, als ist solche gebetene Liberal Electio von Uns eingeräumet, und soll den Bürgern sich solcher Appellation an Unser Fürstliches Hoffgericht freywillig zu gebrauchen, hiemit verstatet seyn, sie auch keinesweges vom Rath daran turbiret noch verhindert werden, jedoch soll von Uns künftig dieses in keine Necessität convertiret, noch gezogen, auch der Stadt an ihren habenden Privilegien, *de non euocando*, hiedurch kein *Praeiudicium* zugefüget seyn: cum quibus verbis coincidit clausula illa inserta Transactioni inter Ducem Philippum Iulium & ciuitatem Sundensem d. d. 11 Iulius 1615. periodo: 5) Betreffend aber zum fünften. Conf. *ibid.* n. 23. pag. 45. & n. 26. pag. 57. Quae nouiori tempore hic a Celsissimo Rege stabilita sunt, supra iam adducta inuenit B. L. quae itaque hic repetere superuacaneum.

De Gryphia nostra, quando prima vice hoc ius impetrarunt, & an statim illis, an posterioribus temporibus concessum sit, certo haecenus nil determinari possum. Interim tamen hoc ius ciuibus huius municipii iam dudum ante annum 1354 competiisse constat ex diplomate Ducum Bogislai, Barnimi & Wartislai d. d. Wolgast 1354. Fer. 3. in Feste Pentec. Inter priuilegia enim magistratui & ciuibus huius vrbis a praecedentibus principibus concessa, & iam clementissime confirmanda, *ibidem* & in specie atque ex professo mentio fit iuris

iuris de non euocando. Tradit hoc diploma in extenso
 Illustr. Dni. Prof. DAHNERT in der Pomm. Biblioth.
 im 4ten B. 3ten St. pag. 105. Et notari merentur ex
 eo verba sequentia: *praecipue, quod Consules & Bur-*
genses dictae ciuitatis Grypeswald communiter vel diuisim
non debeant per nos nostrosque haeredes, nec non quoscun-
que alios iurisdictioni nostrae subiectos, extra dictam ci-
uitatem Grypeswald in iudicium euocari, quocunque nomi-
ne censeatur, super quibuscunque causis, delictis vel per-
missis, sed coram Aduocato nostro in dicta ciuitate huius-
modi querelae, & non alibi debebunt iudicialiter terminari,
his tamen exceptis, si aliquis Burgensium dictae ciuitatis,
vel quicumque alius contra Burgenses eiusdem ciuitatis su-
per re feudali iudicia vellet experiri, huiusmodi querelae
coram dominis feudi iudicialiter debebunt terminari. In-
super, si aliquis Burgensium dictae ciuitatis, quod absit,
delictum vel excessum extra ciuitatem contigerit perpetra-
re, & tunc coram habentibus iurisdictionem in loco huius-
modi delicti, vel excessus tales causae debebunt terminari.
 Satis dilucide haecce verba limitationes huic priuilegio
 adiectas determinant, & quando distinguunt inter deli-
 cta intra moenia & extra moenia ciuitatis admissa, haec-
 que vltima solummodo excipiunt, eo magis sententiam
 Praestantissimi Domini Candidati, de effectu huius pri-
 uilegii, quando illimitatum est, intuitu fori delicti cor-
 roborant, quia exceptio in casu non excepto per noto-
 ria principia iuris semper firmat regulam. Corrobo-
 ratum postea ciuibus Gryphiswaldensibus hoc priuile-
 gium inuenimus in transactione Ducis Philippi Iulii in-
 titutu grauaminum ciuitatensium sub d. Wolgast die 7
 May 1606. cum ciuitate inita, quam refert die Samml.
 allgem. und besond. Pomm. und Rugian. Landes-Arch. P. 2.


n. 79. vbi p. 274. sequentia inueniuntur: XV. Und als wir Uns oben beyrn 2ten Articul primam instantiam dem Rath, da es sich gebühret, zu lassen erkläret: So werden auch ihre Bürgere in solchen Fällen vielweniger auffser der Stadt euociret, und werden dieselben auch sonstens desfalls bey darüber habenden und confirmirten Privilegien billig gelassen. Idem illud repetitur in Resolutione Serenissimi Principis Philippi Iulii ad graamina ciuitatis d. d. Wolgast d. 30 Sept. 1620. in verbis: Fürs stehende: Das Privilegium de non euocando, und primae instantiae soll unverbrüchlich gehalten, und die angeedeuteten casus exorbitantes in consequentiam nicht gezogen werden.

Omnia haec adducta documenta publica, quando conferuntur cum aliis priuilegijs de iure de non euocando exteris municipijs concessis, & diiudicantur ex vero origine atque indole, optimum & maxime sufficientem fontem suppeditabunt ei, qui de his priuilegijs municipalibus intuitu iuris de non euocando concessis tractationem suscipere contendit. Sed penuria temporis, & limites programmatas ulteriores mihi interdunt meditationes, imprimis de foro delicti, eiusque restrictione per haec priuilegia de non euocando, ac quatenus non obstantibus hisce priuilegijs tamen forum delicti fundatum maneat, an non, quarum tamen meditationum vltiorem expositionem ad aliam suppeditatam occasionem, sicuti supra iam dixi, referuo.

Pro hac vice ad princeps negotium harum plagarum progredior. Praesens scilicet *Praestantissimus atque Doctissimus Dominus Candidatus, Dominus IOHANNES RVDOLPHVS BECKER, in foris Lubecensium causarum Patronus & Practicus solertissimus, ac Summe Reuerendi*



uerendi Capituli Lubecensis Procurator iudiciarius ordinarius atque receptus, consanguineus & consobrinus meus mellitissimus, nomen suum ordini nostro Ictorum in hac alma professus ad recipiendos & capeffendos summos in iure honores, & in examinibus rigorosis sufficientia suae eruditionis specimina facultati exhibens, praefentem dissertationem inauguralem, *de iure de non euocando*, solide, docte, concinne & erudite elaboratam facultati nostrae obtulit, illique vitae suae curriculum, vt rationes suorum studiorum publice reddat, iunxit, quod verbis suis propriis conceptum hic inferam.



Ego *Joannes Rudolphus Becker*, Rostochii Anno seculi huius trigesimo sexto, d. XXVIII. Mensis Martii natus, Parentibus optimis, Patre *Joanne Hermann* no. *Becker* Theol. Doct. & Past. Eccl. Marian. Lubec.; Matre *Joanna Magdalena Müller*; *Valentini Mülleri* fontium salinorum in Megalopoli Inspectoris & Praefidis filia. Avum paternum veneror *Henricum Becker* Past. Jacob. & Direc. Minist. Rostoch. Aviam *Christinam Margaretham Schomerus*. Proavum *M. Hermannum Becker* Mathemat. in Acad. Rostoch. Prof. & Past. Jacob. Abavum *Hermannum Becker* Mercatorem & Civem primar. Rostoch. e Westphalia oriundum. Sub initio primae iuventutis, a cauis atque attentis praeceptoribus iis quibus puerilis aetas instrui solet doctrinis privatim me erudiendum, dein inter alumnos Scholae publicae Rostochiensis me recipiendum curavere parentes. Postea undecimum aetatis annum nondum egressus, Gryphiswaldiam, ubi Parenti tam Prof. Theol. quam Past. Jacob. provincia demandata fuit, translatus, per quadriennium lectionibus Scholasticis Lycei Gryphiswaldensis interfui. Verum nec hic Studia Scholast. absolvere mihi licuit. Siquidem Parentem, cui Pastoris Eccl. Marian. Lubec. gravissimum munus delatum, Lubecam comitari fata iussero. Itaque Gymnasii Lubecensis membris adscriptus, Doctiff. Viror. *J. H. a Seelen* Theol. Lic. & Rectoris, nec non *J. D. Ovesbeckii* tum Conrectoris, jam Rectoris meritissimi, aliorumque institutionibus per triennium uti mihi contigit. Praeterea ipse Parens, quod pia mente memoro, quidquid gravioribus negotiis subtrahi poterat temporis, filio formando atque erudiendo dicavit. Hac ratione iis, qua humaniores literae vulgo vocari solent, doctrinis imbutus, & ad studia academica preparatus; Ao. 1754. decimo nono aetatis anno ineunte Academiam Jenensiam petii. Ibi a Viro S. Rev. & Doctiff. *Jo. Gottfr. Tynpe* tunc temporis Rectoris Magn. in numerum Civium Academicorum receptus, Doctores factus sum

sum illustres, præclarissimos & de Repl. Literaria maxime meritos. Logicam enim me edocuit *Jo. Ern. Gunnerus* tunc temp. Phil. Facul. Adjunctus, jam Episcopus Eccl. Drontheimensis, nec non *D. Joab. Georg. Davies*. Jus Nat. Frater carissimus *M. P. Herm. Becker*. Mathesin tam puram quam applicatam Celeberr. *Suckow*. Histor. Juris, Institutiones, Jus cambiale & Artem disputandi *D. Jo. Wunderlich*, nunc Prof. Gymn. Hamb. Jus Digestorum & criminale *D. Job. Aug. Helfeldt*. Jus Feudale, atque Notitiam Statuum Europæ *D. Chr. Gorr. Buder*. Histor. Imp. Germ. Histor. Stat. Europæ, & Jura Imperii publica *D. Joab. Erdm. Schmidt*. Philos. Moralem, Prælect. ad Grotium de J. B. & P. *D. Joab. Georg. Davies*. Jus Canon. Artem referendi, & Praxin *D. P. Sonnen Schmidt*. Hiis lectionibus animum applicanti mihi triennium academicum spe citius præterlabi expertus sum. Monente igitur patre Ao. 1757. Lubecam reversus, ulteriori indagacioni Jurisprudentiæ, imprimis Statutiariæ Lubecens. operam navavi. Eodem anno d. 29 Jnn. Vir. S. R. Illustr. atque Doctissimus *Jo. Car. Henr. Dreyer* Venerab. Capituli Lub. Præposit. & Civit. Lub. Syndicus immortaliter meritus, vi competentis sibi Comitivæ Pal. prævio examine auctoritatem Notarii publ. mihi contulit. Specimen etiam quoddam diligentie meæ qualiscunque, sc. *Commentationem de Urilibus immediatis Sacri Imp. Rom. Germaniæ* 4to pl. 5. Ao. 1757. publici juris feci. Contigit deinde, ut Vir. S. Rev. Perillustri atque Excellentissimus, S. R. M. Danicæ Cubicularius claviger, Eques Auratus Ordinis Dannebrogici, Rev. Capituli Lubecensis Decanus Dnus. *Christ. Aug. ab Eyben*, quem filiorum suorum generosissimorum studiis dirigendis præficeret, dignum me judicaverit. Postea a Viro Generosissimo Dno *Car. Fried. a Clausenbeim* S. R. M. Danicæ Legato Ordinario in Civitate Lubecensi commorante, Consiliario Status, & Rev. Capit. Lub. Canonico, spartam Secretarii oblatam, eo lubentius in me suscepi, quo potius negotia de novo commissa, cum reliquis jam susceptis laboribus eodem loco & tempore simul expedienda mihi visa sunt. Quæquid ab istis negotiis supersuit otii, majori studiorum cultura sacrum esse jussi. Inprimis autem concessum instructissimæ Bibliothecæ *Eybenianæ*, gratiosissime mihi patentis, usum, haud parum laboribus meis intersuisse gratus profiteor. Hoc subsidio sussultus, propositam ante aliquot annos ab Illustri quæ Berolini floret Scientiarum Academia questionem triplicem: *Quonam tempore superioritas Imperatorum Orientalium inruin Urbis Romæ expiraverit? Quæ tum forma regiminis Romanis fuerit? & Quando Superioritas Pontificum primas egerit radices?* enodare periculum feci. Idque exhibitum qualecunque a me transmissum, postea jussu prælatæ Academicæ, præter omnem spem meam, simul cum Exhibito coronato Doctissimi *Sabbatieri*, Berolini 1764. typis expressum, reperii. Porro Ao. 1765. d. 28 Febr. a Reverendo Capitulo Lubecens. mandatam mihi *Procuratoris judicialis* provinciam, suscepi. Ab hoc tempore Jurisprudentiæ præctiæ, causarumque actionibus operam dedi; lucubraciones autem exarationi *Dissertationis* meæ inauguralis *De jure de non evocando* potissimum inservierunt. Tandem ea mente *Gryphiswaldiam* me contuli, ut privilegia Doctoralia rite obtinerem, quem in sinem apud



apud Spectabilem Dnum Illustr. Facultatis Juridicae p. t. Decanum, nomen meum sum professus. Reliqua fata mea DEUS benignissimus, secundum voluntatis suae beneplacitum, posthac clementissime dirigat.

Hicce itaque *Praestantissimus Dominus Candidatus*, exantlatis summa cum laude examinibus, & cum facundia recitatis suis lectionibus in hac nostra musarum fede cursoriis ad §. 1. cap. 36. X. de iureiurand. iam in eo est, vt & hanc suam inauguralem commentationem die 4to Novemb. a. c. in auditorio maiori horis consuetis publico subiiciat eruditorum examini, & contra dubia sibi amice mouenda masculae defendat, cui actui solemniter vt *Magnificus Dominus Academiae Procancellarius, Magnificus Academiae Rector, Generosissimus Regii Dicastrii Director, utriusque Illustris Collegii Proceres, omnium Ordinum & Facultatum Domini Doctores, Licentiati & Magistri fulgidissimi, ciuitatis huius Consules & Senatores amplissimi, plurimum Reuerendi Ecclesiae Ministri, generosa & lectissima ciuium nostrorum academicorum corona, omnes litterarum, litteratorumque fautores, studiis, inprimis iuris erudientiae, bene cupientes, interesse suaeque illustri & honorifica praesentia actum hunc exornare velint, ea, qua par est, quaque decet, obseruantia, collegii nostri, mei, & Candidati mei nomine peto, ac inuito.*

P. P.

SVB SIGILLO FACVLTATIS IVRIDICAE
GRYPH. D. 2 NOV. MDCCLXVIII.



Greifswald, 8155, 1762-63

ULB Halle

3

005 372 011







PROGRAMMA

qvo

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE IVRE DE NON EVOCANDO

^A
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

IOHANNE RVDOLPHO
BECKER,

ADVOCATO LVBECENSI, ET PROCURATORE REVER.
CAPITVLI LVBEC. IVDICIARIO,

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS CAPESSENDIS

D. IV. NOV. A. O. R. MDCCLXVIII.

IN AUDITORIO MAIORI

PVBlicAE ERVDITORVM EXAMINI SVBICIENDAM ET CONTRA
OBJECTIONES SIBI MOVENDAS VENTILANDAM INDICAT,
ET AD EAM INVITAT:

PRAEMISSO DISCVRSV PROLVSORIO

qvo

MEDITATIONES QVASDAM PRAELIMINARES
DE PRIVILEGIIS DE NON EVOCANDO CIVITATVM MVNI-
CIPALIVM EORVMQVE INDOLE INTVITV FORI
DELICTI:

EXPONIT

HERMANNVS BECKER,

LL. DOCT. ET PROFESSOR PVBL. ORDINAR., FACVLTATIS IVRIDICAE
p. t. DECANVS.

GRYPHISWALDIE

LITERIS A. F. RÖSE

REG. ACAD. TYPOGR.

1768, 5⁵ 20
K

